

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 3: De virtutibus theologicis et cardinalibus

Caput 1: De fide (9)

Idem (Gregorius):

Redemptor noster nobis murus est,
qui ad corda nostra pertingere malorum spirituum incursum vetat.

Sed quasi murus rumpitur,
cum pravorum persuasionibus fides que in redemptore nostro est,
in quorumdam cordibus dissipatur.

Ipse enim nobis murus est,
qui ad corda nostra pertingere malignorum spirituum cursum uetat.
Qui nostrae quoque fidei etiam antemurale posuit,
quia priusquam se per carnem ostenderet
praedicatores sui mysterii prophetas misit.
Recte quippe antemuralis nomine uocantur,
quia dum subsequentem praedicauerunt Dominum,
quasi ante murum steterunt.
Sed quasi murus rumpitur
cum prauorum persuasionibus fides quae in Redemptore nostro est
in quorumdam corde dissipatur.

Gregorius Magnus, *Moralia in Job*, 20.25 (CCSL 143A,
M. Adriaen ed., p.1042, ll.5-13).